

90

EPITHALAMIVM

CLARISSIMO  
EXCELLENTISSIMOQUE  
VIRO DOMINO IOANNI LINTNE-  
ro V. I. D. Imperialis Ciuitatis Kaifer-  
spergensis Syndico, sponso:

ET

HONESTISSIMÆ VIRGI-  
NI MARIE BENZIN EIVSDEM  
*sponsæ Charissimæ,*

Inscriptum à

M. BARTHOLOMÆO RI-  
CHELIO NEVFFRENSI SVEVO, EPI-  
scopalis Collegij Eystadiani Rethorices  
Professore ordinario.



INGOLSTADII.

Typis EDERIANIS, apud ANDREAM  
ANGERMARIVM.

ANNO M. DCII.



# CARMEN HEROI- CVM.



**D**ERIDVM NE Caterua tui celabis alumni  
Tedas? in thalamos nō surget lata secundos  
Musa? quid ancipiti trabis vsq; mora quod  
agendum est?

Fama volat vagabunda, futura nuncia pompe.  
Et numerosa cohors fluit ad connubia passim:  
Et tu sola latebis iners? orbabis honore  
Sola faces? Me fortè graui vis munere fungi  
Inceptumq; torum culta dotare camœna.  
Nobilia potes producere lumina Vatum,  
Quid quaris tenebras? oculos & luminis vsus  
Insuetos tentas perstringere lucis aperta  
Vrenti splendore? Inuat latuisse quietum  
Incassum, frustratâ opera, quam velle videri.  
Quid facerem? certatim onerant connubia donis  
Quiq; suis: fert ille operoso ex ære lebetes,  
Hic signati auri cumulos, crateras at iste  
Pondere & arte graues; alij dant multa iugalis.

A 2

Donæ

Donatoriq; domusq; exornamenta futura.  
Nec mea musa igitur priuabit munere coepti  
Auspicium thalami, sed te, Lintnere, tuamq;  
Quamuis exiguo donabit carmine sponsam;  
Quod te spero tui potius quam laudis amore  
Censurum: hanc quis enim tenui venetur auena?

Cum socium prima viduarunt coniuge latum  
Immites Parca, ac infausto stamine vitam  
Ruperunt; indigna Viro fortuna dolorem  
Attulit infandum. Sed qua sapientia in omni  
Sorte paratus erat, tulit id, quod fata tulere  
Non reuocanda; ratus Morti unum iuris id esse  
Non ut amore torum, sed tantum orbaret amatam  
Nec Pietas viuam modò prosequeretur, at ipsam  
Funere demersam. Virtus o rara maritum,  
Digna tamen thalamis unde argumenta petantur  
Non fallace fide presentibus. Attamen isthac  
Mitto, ne veteri commutem gaudia luctu.

Interea viduo multa cum nocte cubasset  
Lectò, nec fluerent ad vota, domestica rerum  
Cura laborq;, viro grauiora negotia Legum  
Voluenti et studijs immerso, pondus iniquum.  
Consortem lecti meditatur et omnis oberrat  
In thalamos animus, dubiaq; indagine versat  
Nunc huc, nunc illuc, Coniunx digna unde petenda.

Mul-

Multarum antiqua deludit imagine mentem  
Blandus Hymen dubiam, veteresq; retexit amores.  
Quid multis? Lintnere inopem te copia fecit;  
Nec mirum; magna est res, Consilij indiga magni.  
Ut Cytherea animum nutantem senserat, agmen  
Conuocat Idalium: primas Hymeneus habebat  
Quo sine nec fas est vllum tentare cubile,  
Castus Amor, rarus Veneris comes, ibat et una  
Et Charites ternae; sequitur Cythereide natus  
Armaturq; humeros imbutis igne sagittis.  
His comitata Venus, dubium firmare laborans  
Et certos ambire toros; mox talibus infit.  
Quò tandem usq; tuam suspendet copia mentem  
Iudicio ambiguo; Si stat sententia casto  
Subdere colla toro; quid certam iungere differs  
Spe incerta remorante? meis aurem arrige verbis.  
Inueni, mihi crede, tuis vel fingere votis  
Quam posses: alitur Suenium tellure puella  
Iam matura toro, plenis adoleuit et annis,  
Sollicitat iuuenem iam pronuba flamma pudorem.  
Plurimus oris honos, auris coma amula fulget.  
Et vultum niueo Candore immixtus inundat  
Sanguis: labra rosas aequant ceruixq; pruinas,  
Flammam lumina, eburq; manus. Extollo quid ista  
Laude minora alijs animum que virginis ornant?

A 3

Suave

Suave decus morum, lucetq; modestia vultu,  
Primaq; matronæ Virtus industria solers  
Casta fides, quarum ista domum, lectum illa tuetur  
Et rerum natura sagax; magis apta legetur  
Coniunx nulla tibi; hanc iungam, nihil ista morari  
Quod te possit, habet, bona qua natura ministra  
Prouida sparsim alijs, dedit huic collecta. Quid hares?  
Quid cunctaris? an ablatam vis spernere sortem?  
Verba fidem mea non habeant? metuisne repulsam  
Ferre petendo? petas, certò potière petita.

Annuit his dictis, & tela Cupidinis imo  
Corde hausit cupido Lintnerus, & omnis oberrat  
In vulnus quod fluxit Amor, vultusq; puella.  
Verba Deæ memori metitur singula corde:  
Impatensq; moræ suuorum accinctus in oras  
Cogitat & tantum laudatam cernere Nympham  
Si placeat, tædas natæq; reposcere patrem.  
Et venit, vidit, plauit, petijtq; potitur.  
Mireris subito, multis spes inuidiosa  
Qua fuit, ignoto credi, sat nomine notus  
Ingenio, famæq; fuit, quo dignior esset  
Virgo viro? prudens etenim facundia lingua  
Insidet, irradiatq; benigno gratia vultu.  
Moribus ingenium coluit, variaq; per artes  
Imbuit: & quis Consilio, quis iuris & equi

Arbiter est melior? nec ego præconia laudum  
Eloquier nitar, vel me reticente loquantur  
Eijstadiana Lycea quibus cum laude Professor  
Præfuit, Anglipolis qua Astræis ora rigauit  
Fontibus; & vos Brisgoidos celeberrimæ Athenæ  
Quæ Doctoratus ipsum decorastis honore.  
Et quid Praga? illum poterit ne silere, videbat  
Cui toties grauium commissa negotia rerum,  
Obtentasq; breui causas, litesq; diremptas,  
Dilatas alijs, Ditis non litis amore?  
Quantus amor iusti, quam clara scientia legum  
Ingenio niteant, miroq; fluentia verba  
Ornatu, Cæsar, procerumq; amplissima turba  
Audit, & admiratur: ei mox plurima surgit  
Gratia Magnatum, via prima, parantur honores  
Qua magni. Natura virum Fortunaq; certant  
Utra magis possit ditare. O Coniuge tanto  
Virgo beata, pater generosq; affinesq; fratres.  
Certa statuta dies, qua Hymenæi festa celebri  
Letitia plausuq; agerentur: amantibus illa  
Tarda redire, rotam visa est neq; voluere Phæbe  
Illa moras queritur longas, incusat & iste.  
Tandem expectatus molitur Lucifer axes  
Qui sponsis sua vota, optataq; gaudia ferret  
Jam Titan radio tremulante per aëra ludit

Arbi-

Surgen-


*Surgentis thalami testatus gaudia lusu;  
Cum ad sacras sponsus cum sponsa ducitur ades  
Vestiturq; insigni hominum comitante corona.  
Circumfusa cohors dependet ab ore decoro  
Virginis, aptatas pars suspicit ordine vestes  
Pars gestus, moresq; notat. Pudibunda puella  
Per niveas succensa genas celare pudorem  
Nititur, at multò celando venustior exit,  
Et totam circum volitat charis, atq; serenos  
Vibratis leuiter pennis forma afflat honores.  
Tum dextra inseritur dextra, nexuq; ligatur  
Sacro; sponsa fide committitur inuiolandâ  
Sponso, coniurant in mutua pondera lecti.*

*O ter sancte Deus thalami fundator, amoris  
Spiramen casti, nuptis tu numine dextro  
Adsis, da placidè uiuant, & munera plenâ  
Spargem manu. Tu Hymenæ pijs allabere votis  
Et faustas accendefaces; Vos Gratia adeste  
Auspicio vestro; Concordia neçte coronis  
Perpetuis geminos animos, confundeq; in unum.  
Huic Pietas & casta Fides coniungite dextras  
Ut prolis cingat fecunda corona parentes  
Quæ patrias curas senibus soletur in annis.*

*Maçti animis Iuuenes & cætera turba vocati  
Ad thalamos, sponsum Mariamq; fauentibus usi*

*Votis*

*Votis condecorate, & sacra Hymenæia magno  
Excipite applausu; pulsis de pectore curis  
In varia & vestras effundite gaudia mentes,  
Celatoq; auro gravidas circumdate mensas  
Propositas patulis libantes orbibus escas,  
Certatimq; mero spumantia pocula Baccho  
Exonerate; moras salibusq; iocisq; sedendi  
Fallite & urbano tingantur verba lepore  
Tum dapibus functos formosæ turba puella  
Inuitet Choreis & tactis pollice chordis  
Luxuriante leues quatitatis motibus auras  
In numerum glomerati; Hymenæo personet aula  
Omnis & in tales mecum unâ erumpite voces.  
O utinam faxit Deus, ut quos numine fausto  
Dignatur sponso, etiam velit esse beatos  
Cuniugio unanimi, serisq; senescere canis.*



B

SPON-



SPONSA AD  
Sponsum.

**V**AMVIS, sponse, meum res ipsa loquatur  
amorem.  
Pluribus est notum suspicer esse notis.

Sit athen est rebus vivam placet addere vocem,  
Addo, animiq; mei nuncia verba cape.  
Ut tua fama meas primum defluxit ad aures  
Teq; ambire torum rettulit illa meum.  
Lam tua me statim vincit, narrataq; virtus  
Me splendore rapit, forma decore capit.  
Vulnus alo venis; ignotum diligo, notos  
Respuo. Quis quaso hoc fata in amore neget?  
Cor quod amet sensit, quod amat non novit: utrumq;  
Consulit aduentus spes data ferre tui.  
Nominest interea lator; spes cetera spondet  
Teq; mihi, meane votafefellit iners.  
Nam teneo, quodamo, placuit cui nubere, nupse  
Cui decreverunt fata, coegit amor.  
Fam tua sola manebo; fui spes vllius, esse  
Desino; cui soli, sum data, danda fui.

f, quo-

f, quocunq; lubet comes ibo, per aspera, plana  
Sit via acerba, mihi dulce lenamen eris.  
Tyndaris infaustra per aperta pericula puppi  
Ft Paridi, turpi victa in amore, comes.  
Deianira suum sequitur per bella maritum.  
Alciden licet is fadus adulter erat.  
Et me castus amor, promissaq; fœdera lecti  
Detineant sociam, qua vocat, ire viro?  
Non à te patria diuellar amore; domi sum  
Sin ero tecum; ubi tu non eris, exilium  
Me tardare nequit fraterq; sororq; parentes,  
Omnibus amissis, omnia solus eris.  
Quò iam cunq; ferar fortuna fluctibus, ibo  
Ibo; via tu sis portus est aura mea.  
Ach iungi potui, sed quid disjungere possit  
Non video; quò sors duxerit, ito, sequor.





EPIGRAMMATA.

I.

Alligatus es vxori, noli quærere solutionem.  
1. ad Corinth. 7.



*Q*uisquis inuit thalamum, nodis se astringere  
binis

Nullum, lege toro, Coniungi amore, decet.  
Lege quidem thalamus sancitur, amore probatur  
Est sine lege pudor, sed sine amore dolor.

Gordius est nodus sit uterque, (vel esse doceret  
Sape) tamen solui debet hic, ille nequit.

Sola tori legem falcato diuidit ense

Mors; sed de vita est, Morte triumphat amor.



II.

Concordia coniugij.



*V*o gemini subdunt iuncti temone iuueni  
Colla premenda iugo:

Vos ita coniugij constricti lege, paratis  
Pondera ferre tori.

Illorum

Illorum de more igitur, Clarissime sponse,  
Disce statuta iungi.

Ut tollunt, ponuntque simul; sic tollite vestrum  
Ponite mutuo onus.

Ut faciles illi redeunt, abeuntque, regentis  
Qua iubet ire, magnus:

Sic vos qua Numen fortunaque, duxerit, equo  
Ite redite gradu.

Ut simul est furias Boreæ, Solisque calorem,  
Mollia, dura ferunt:

Sic quicumque rotent vos casus, fortiter arcto  
Fœdere stete simul.

Utque simul currunt, flectunt; capiuntque laborem  
Otia, lege pari:

Currite qua cursum, qua flexum, flectite, fata  
Prouida mensque dabunt.

Factatosque volent sit andem sistere portu,  
Sistite, amate simul.



III.

Relinquet homo patrem & matrem & adhærebit  
vxori suæ. Matth. 19.




*V*ellet amore suum pectus discindere spon-  
sa

Parte suos est te parte, marite, sequi.

*Sed nequit, vnus habes totum; tibi nequid est absit  
Vel minimum, mauult illa carere suis.  
Cedat est, inquit, amor, ipsa meos quasi amando  
Desino amare, Viri fortior ut sit amor.*

IV.

 *Am subito sponsi Mariae in amoribus vri  
Castis corda, Venus vidit est obstupuit.  
Quod licet illineret turpi igne est felle Cupida  
Tela, nihil turpe hic fel nec haberet amor.  
Desine mirari, Venus, hi quos suspicis ignes.  
Non tuo, at est superis incaluerunt focis.  
Quid? tam distita corda locis, simul ignibus iisdem  
Succendant cacumina spicula iacta manu?  
Nato oculos igitur, iaculis mel, amantibus ignem  
Castum adhibe vis ne vis tua fracta cadat.*

Imprimantur:

Ioannes Dannemeyr Collè-  
gij Philosophici pro tem-  
pore Decanus.